UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Annvae Litterae Societatis Iesv Anni MDLXXXXIII. Ad Patres, Ac Fratres eiusdem Societatis. Præfatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66596

Visual Library

ANNVAE LITTERAE SOCIETATIS IESV

Anni MDLXXXXIII.

AD PATRES, AC FRAtres eiuſdem Societatis.

PRÆFATIO.

EN tandem noſtratium annalium conſuetudo, non tam omiſſa, quàm caſu quodam intermiſſa Sapienti Patrum conſilio reuocatur. Etenim cum vnius viribus tot annorum moles ſuſtineri non poſſit; onus in plures diuidi placuit, vt quod vnius labor non poſſet, multorum compenſaret induſtria. Ego igitur in partem huius laboris vocatus, pro mea virili parte huic muneri non deero; ſed quantum in

me erit, efficere conabor, vt quod tarditate prætermiſſum eſt celeritas ſarciat. Deſideratæ ſunt hoc anno annales litteræ aliquot Prouinciarum, quæ ſiue miſſæ non ſit, ſiue interciderint, in meas certe manus non peruenerunt. Quamobrem his omiſſis reliquarum Prouinciarum capita perſequemur.